ꝓphetarū. Rēsponsio. Quoniā ista questio mota est p̄pter intellectū ꝓphetarum generaliter: ideo quatuor hic sunt videnda. Primū est de quibus sit reuelatio ꝓphetica secūdum de gradibus ꝓphetie. tertiū de vario tactu spiritussancti circa mentē ꝓphete. quartus de cōparatiōe ipi⁹ dauid ad alios ꝓphetas. Circa primū sciendū q̄ ꝓpheta ꝑm nomis interptationē dicitur quasi procul fans: quia remōciat ea que procul sunt seu remota a naturali cognitione humana: & ideo de talibus est ꝓphetia. Huiusmodi ⁊o sunt in triplici gradu: quia queda sunt sic remota. ꝙ̄ cognitionē rei cognoscende: & aliqua ex cognoscentis cōditione: & aliqua ꝑter modum cognoscendi. Primū ad hoc est in triplici gradu: Primus est ꝓpter rei cognoscende eminētiam: cuiusmodi sunt diuina materie circa ꝑsonarū ꝓpriaideo de talibus facte sunt reuelationes ꝓphetice: Esa. vj. per seraphin ter sanctus clamantia: et dan⁹ est i nouo testamēto: vt. j. Joh. v. Tres sunt q̄ testimoniū dant in celo: pater: verbum: & spiritussanctus: & bi tres vnum sunt. Secūdus gradus est ꝓpter rei cognoscende latentia: cuiusmodi sunt cordium secreta soli deo cognita. Unde et cogitatio symonis magi p̄ reuelationē fuit cognita petro: Act. viij. Unde dixit ei: Jn felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. Cogitabat enim gratia spiritussancti vendere. Tercius gradus est ꝓpter rei cognoscende distantia: que distantia vno modo accipitur ex parte loci: & hoc modo heliseus p̄ spiritum ꝓpheticum distans per magnū spacium vidit Giezi accipientē munera a naaman syro: vt habetur. iij. Regū v. Alio modo accipitur distantia ex ꝑte temporis. s. preteriti vel futuri. Presens cū tempus nō distat a nobis. Ge distantibus ⁊o ex ꝑte preteritum facta fuit reuelatio moysi quādo ꝓphetauit de creatione mūdi: vt dicit Grego. sup ezech. Ge distantibus ⁊o ex ꝑte futurū fiunt cōmuniter reuelationes ꝓphetice. vt patz intuenti sacrā scripturam: ꝓpter quod ꝓphetia diffinit a cassiodoro sic: Prophetia est diuina inspiratio rerum euentus imobili veritate denūcians. Secundo aliqua sunt remota a cognitione humana ꝓpter cognitionē cognoscētis: & hoc ꝑt aliquē cognoscētis defectū: ꝙ̄ supplet ꝑ spiritū ꝓpheticū. Et hoc modo Abias silonites cognouit vxorem hieroboas vxorū suā ingredientem: cū esset cecus esset: vt habetur. iij. Reg. xiij. Tercio modo aliqua sunt remota a cognitione humana ꝓpter cognoscendi modū: sicut salomon habuit noticiam animaliū & plantarū: vt habetur. iij. Reg. iij. non ꝑ exercitium studij sed ꝑ inspirationem spiritussancti.

Circa secūdū notandū q̄ ad ꝓphetiam ꝓprie dictā requiritur cognitio intellectiua ꝑm q̄ habetur Dan. x. Intelligentia opus est in visione: & ideo si alicui sancto communicet aliquid ad ꝓphetiā ꝑtinens: absq; tali intelligētia non dicitur ꝓphetā: nisi forsitan valde large & impꝛopꝛie: qō cōtingit tripliciter. Uno modo sicut in visione: sicut pharao vidit spicas: Gen. xli. Et balthasar manum scribentem in pariete: Dan. v. ille vomiens: aste vigilans neuter tamē eoꝝ fuit ꝓpheta: q̄ visionē non intellexit. sed Joseph & daniel qui visiones intellexerūt. Secūdo hoc cōtingit in locutiōe sicut Cayphas Joh. xj. dixit qd ꝓpheticum. d. Expedit vbis vt vnus moriat⁹ homo ꝓ⁹ populo: et non tota gens pereat. Intendebat cū solum dare consiliū de morte christi q̄ esset expediens: q̄uis eēt innocens: ne occasione ipius venirent romani & tollerēt locum & gentē: sed a spiritusancto factū est q̄ hoc cōsiliū sic protulit: q̄ mors christi futura foret ꝓ salute spūali totius mūdi ipo caypha hoc ignorāte: & propter hoc non fuit prophet⁹ ꝓprie loquēdo: sicut nec alina balaam fuit animal rationale: q̄uis ꝑ liguā eius fuerit ꝓlatū verbū rationale angelo liguā illius mouente absq; tamē cognitione asine: sicut plenius dixi supꝛ Joh. Tercio modo cōtingit hoc in operatiōe. scz q̄n spiritussanct⁹ impellit aliquē ad aliquid agendum: qō habet pspꝛū euentū: q̄uis homo sic motus hoc ignoret: sicut iudicū. xj. dicit⁹ de iepte q̄ irruit in eū spirit⁹ dñi. s. ad pugnandū ꝓtra filios ammon: tamē non fuit sibi reuelata victoria futura: & ꝓpter hoc nō dicitur ꝓphet⁹: sed talis motus vocat spūssancti instinctus: qui ē casus ꝓphetie ꝑm dōctores. s. aliquid ꝛeficies a rōne ꝓphetie: & talis motus est simlis motui ipius bñ fortunati: qui mouet ad aliq̄d bene agendum sine tñ rōne & cognitiōe ꝓuia: vt habet in libro de bona fortuna: differt tñ: q̄ mot⁹ bne fortunati est a causa naturali. s. ab influētia orbis vel intelligētie motricis: vt dicit aliqui vel ab vtraq; simul: vt dicit alij. Motus aūt iepte & cōsimiliū est a causa supnaturali scz ex motiōe spūs diuini. Iste tñ instinct⁹ magꝭ appꝛopinquat ad rōnem ꝓphetie vt videt ꝙ̄ duo alij modi p̄dicti. Igitur q̄ ad rationē ꝓphetie vere requirit intelligentia: vt dictū est: ideo ꝑm varietatē intelligētie accipiūtur gradus prophetie: q̄ille gradus est excellentior vbi ceteris paribus est intelligentia clarior: dū tamē ꝓphetie limites nō trāscendat: vt magis videbitur infra. Primꝰ igit⁹ gradus est q̄n cum visione alicui cōmunicata dat⁹ visionis intelligētia sicut bicre. vidit ollā succensam: & facies eꝰ a facie aquilonis: vt habet Hiere. j. & intellexit p̄ hoc signari exercitū regis babylonis venturū ad ꝓburrendā ciuitatē hierlm Secūdus gradus est q̄n non fit talis visio seu apparitio: sed audit⁹ vr instruens & aliquo supnaturali: sic j. Reg. iij. samuel audiuit vocē dñi sibi loquentis: nec tñ vidit aliquā effigiem sibi apparentē: qō ꝑz ex hoc q̄ credidit esse vocem dei & ipm vocantis: vt habet ibidē & iste gradus ꝓphetie est excellentior: ꝓdicto: q̄ voces sunt signa magis expꝛssiua veritatis q̄ figure predicte Tercius aūt gradus est q̄n non solū audit⁹ vr instruens: sed etiā cum hoc apparet ꝑsona aliqua loquēs: ꝓpter qō iste gradus est excellentior ꝓdictis. Iste tamē gradus variat tripliciter: q̄ ꝑsona instruens seu apparens in aliqua effigie aliqn est homo sanctus: sicut. ij. Mach. xv. habet: q̄ onias iam defunct⁹ apparuit iude machabeo dicēs ei de hieremia ꝓpheta similiꝰ apparēte: hic est q̄ multū orat ꝓ⁹ plo & vniuersa sancta ciuitate hierlm &c. Aliqn est angelus: de quo non opꝛtet exemplū ponere: q̄ reuelatiōes ve. ac no. testa. vt cōmuniꝰ leguntꝰ sic facte. Aliqn aūt est effigies repꝛsentans ipm trū: sicut Esa. vj. dicit: Vidi dñm sedentem supꝛ soliū excelsum &c. Et sequit ibidē: Et audiui vocez dñi dicētis mihi quē mittā &c. Et iste tert⁹ grad⁹ ꝓphetie est excellentior secūdo: & secūdus ꝑmo: sicut de⁹ est excellētior angelo: & angel⁹ homie. Cōsideranduꝫ aūt q̄ omnes isti gradus ꝓphetie vere ꝓdicti variātur dupliciter: q̄ tales apparitiones aliqn fiūt in somno: et tūc vocant reuelationes ꝙ somnia: aliqn aūt in vigilia: & ꝓprie vocant visiones. Et iste secūdus modus qui vocat visio est excellētior altero: q̄ maior illustratio mētis requirit ad hoc q̄ ipa distracta ꝓ opatiōes sensuū exteriorꝰ in vigilia capiat intelligibilē veritatez de supnaturalib⁹ q̄ in somno in quo sensibus exterioꝛib⁹ quietatis aia magis disponit ad capiendū huiusmodi veritatē. Ecōtrario aūt⁹ est in cognitiōe accepta via naturali q̄ accipit ꝓ via sensus memorie & experimenti: vt dicit ꝑmo metaphy. & ideo talis cognitio non pōt accipi in somno. Ad illū aūt modū ꝓphetie qui fit in somno reducit ille qui fit in raptu vel extasi: q̄ ꝑtinere non est visus sensuum exteriorum sicut nec in somno.

Quartus aūt gradus ꝓphetie ꝓprie dicte est q̄n sine apparitiōe alicui⁹ figure vel signi sensibilis capit⁹ veritas intelligibilis de occultis ꝑ diuinā reuelationē: et hoc mō facte sunt reuelatiōes ipi dauid: vt dicit i ꝓncipio glose supꝛ psalmū vt supius est allegatū. Et iste gradus ꝓphetie est excellētior ceteris ꝓdictis. sicut. n. ille diceret⁹ melioris ingenij & clarioris q̄ capet veritatē ꝑdiuisionū geometricaliū sine descriptōe figuraꝝ sensibiliū q̄ ille q̄ capet nō posset absq; tali descriptiōe sic in cognitiōe ꝓphetica illa mens videt excellentius diuinā illustrata: q̄ veritatē intelligibilem capit absq; sensibilib⁹ signis: cuiusmōi sunt figure & voces supꝛadicte: q̄ illa q̄ capit sub talib⁹ signis sensibilib⁹? & sic ꝑz secūdū ꝓncipale videlz varietas graduū ꝓphetie. Circa tercium sciendum q̄ spiritussanctus aliqn tangit

mentē ꝓbete de pñti tm̄ z nō de futuro nec de ꝓterito sicut Act. x. de nūcijs cornelij dixit spiritussanct⁹ petro Ecce viri tres querūt te. Et sic tūc facta est ei revelatio de pñti. nō tamē de ꝓterita visione cornelij qua vidit angelū sibi dicentē: mitte viros in ioppen z accersi symonē ⁊c. quā visionē petr⁹ postea cognouit ꝑ relationem cornelij: sicut ibidē patet. similiē nec de ꝑscensu spūssancti futuro sup cornelīū z eius amicos verbum petri audituros: ꝓpter qđ petrus hoc videns fuit valde admirat⁹: qđ nō fuisset si ꝓcognouisset. Illiḡ vō spiritussanct⁹ tangit mentem, ꝓbete tm̄ de ꝓterito: sicut moysi facta fuit revelatio creationis mūdi cum dixit: In ꝓncipio creauit ⁊c. Illiḡ vō tangit tm̄ de futuro: sicut Gen. xxvij. Ysaac benedicens filio suo iacob cognouit ea que circa eum erāt futura: tamē ipm pñtes non cognouit: q⁹ dicebat ipm esse esau: nec cōsilium retrexe ꝓteritū qđ vtderat iacob ꝑ petitionē benedicti omis paterne. Illiḡ aūt tangit de pñti z futuro simul sicut Gen. xlviij. iacob qui ꝑ senectute videre nō poterat manassen z ephraim pñtes per spm̄, ꝓbeticum cognouit; ꝓpter qđ cancellatis manib⁹ dextrā sup iunioꝛē posuit: et quid esset futurū vtriq; fratri ꝑdixit. Illiḡ vō tangit de pñsenti ꝓterito z futuro: sicut Luc. j. dicit q⁹ elisabeth ad salutationē marie replera est spiritusancto: et exclamauit voce magna: et dixit: Benedicta tu inter mulieres: z benedictus fructus ventris tui. Et ꝙ patet q⁹ cognouit ꝙ spiritū cam habere in vtero ꝓcialiter dei filium. Sequit ibidem. Et beata que credidisti. f. angelo nūcianti tibi cōceptionē christi. Et quo patz q⁹ fuit illustrata de modo cōceptiōis ꝓterito. silr fuit tacta de futuro: vnde subditur: Perficient⁹ ea que dicta sunt tibi a domino. Spūssanctus em̄ operat in mētibus hominū ꝓout vult: z ideo non solum modus ꝑdictis: sed etiam alijs potest eas tangere: tamē ille tactus qui est de pñti ꝓterito z futuro est ꝑfectior: q̄ ille qui est de duobus tm̄: et ille qui est de duob⁹ q̄ de vno solo: z inter illos qui sunt de vno solo: ille qui est de futuris cōtingentibus videt ꝑfectior: quia futura sunt magis remota a cognitiōe nr̄a q̄ ꝓsentia vel ꝓterita: que possunt etiā via naturali cognosci: licz non illo mō quo spiritu ꝓbetico cognoscunt. ¶ Dis ꝑdictis descendendū est ad quartū ꝓncipale: qđ est de cōparatione dauid ad alios ꝓbetas. Circa qđ sciendū q⁹ dauid potest cōpari ad ꝓbetas nouitestamēti: cuiusmōdi fuerūt apli: z sic dauid nō fuit excellentior ꝓbeta: q: apli fuerunt de secretis diuis magis illuminati: z imaio: plenitudine receperūt gratiā spūssancti: vt patet ī. ad Cor. iij. si autē cōparet ad ꝓbetas veteris testa. sic adhuc nō fuit excellētior ꝓbeta: vt dicit sanctus Tho. de aḡno sc̄da sc̄de: sed moyses fuit eo excellētior cui⁹ rōnem ꝓncipalez assignat: eo q⁹ fuit ei cōcessum videre diuinā essentiā in ꝓsenti vita cristeni: fm q⁹ dicit Aug. ad paulinū de videndo deū. Dictū est aūt supra q⁹ gradus ꝓbetie excellētior est vbi est cognitio darior: z sic dicit q⁹ moyses fuit excellētior: simpliciter: tamē dauid fm ōd fuit excellētior: q: plura christi mysteria magis exꝑssit. Ad hoc etiā inducit rōnem sc̄dam ex ꝑte denūciationis: quia moyses ꝓbetia suā denūciauit toti ꝓpl̄o iudeoꝛ: nō sic aūt dauid nec alij ꝓbete. Tercia rōnem ad hoc adducit ex ꝑte certificationis ꝓbetie nunciate: q⁹ est ꝑ miracula: maioꝛa em̄ signa fecit moyses in egypto in mari rubro z in deserto q̄ dauid z alij ꝓbete. Sed quicūq; sit de cōclusione: rōnes tm̄ inducte nō videtur valere ad ꝓpositum: q: claritas cognitiōis actū ꝓbetādi excludens nō pōt cōstituere excellentioꝛē gradū ꝓbeticū: q: idē ꝙstituer et z excluderet vt vult. visio aūt diuine essentie excludit actū ꝓbetādi sicut z actū fidei: q: vter⁹ actus est necessario enigmatic⁹: z ideo visio diuine essentie nō pōt constituere excellentioꝛē gradū ꝓbetie: licz faciat darioꝛē cognitionē seu aliquē clariꝰ cognoscentē: ꝓpter hoc supius dixi q⁹ claritas cognitiōis maioꝛ cōstituit excellentioꝛē gradū ꝓbetie: dum tm̄ talis claritas limites cognitionis ꝓphetie non transcēdat. Preterea si ꝑdicta ratio valeret seqūtur q⁹ moyses fuit excellentioꝛ omibus aplis ꝓter paulū: quibus nō fuit cōcessum videre diuinā essentiā in vita ꝓsenti: qđ tamē ꝑe negat ibidem dicens q⁹ apli fuerūt excellentioꝛes moyse: ergo ex tali visiōe nō pōt dici vt videt⁹ q⁹ moyses fuit excellētioꝛ ꝓbeta ipso dauid. Similiē ratio secūda nō videt⁹ valere: eq: denūciatio ꝓphetie est aliq̄d sequēs cognitionē ꝓphetica: z ideo nō videt⁹ variare gradū ꝓphetic⁹: ex hoc ꝙ plurib⁹ vel paucioꝛibus denūciat. Silr tercia nō valet eadem ratōne: q: cōfirmatio ꝓ signū sequit ꝓphetiā. vnde z iohannes baptista nullū signū fecit: vt dicit Joh. x. z tñ a dicto tocto re cōcedit maioꝛ ꝓpheta ipo moyse. Similit̄ nec ex gradibus ꝓphetie sup: apl̄os pōt moyses dici excellentioꝛ dauid: q: excellētio gradus ē capē veritatē supnaturalē absq; quibuscūq; figuris et signis sensibilib⁹: qui gradus fuit in dauid: vt dictū est ꝙ glosam psalmi ꝑallegatā z. Et idem videt⁹ ꝑ illud qđ patet. ij. Reg. xxiij. Sicut lux auroꝛe oriente sole mane absq; nubibus rutilat: qđ dicit de dauid. Illiones em̄ imaginarie z signa sensibilia quecūq; sunt quasi quedā nubes darietatē solis excedentē virtutez visus nr̄i nobis ꝓcēperātes. ille em̄ acutioris z fortioris visus est qui darit⁹ solis potest⁹ bñ nude intueri q̄ ille qui nō pōt absq; cōtēperamēto tali: et ideo dauid qui absq; signis sensibilibus capiebat radiū diuine lucis habuit excellētissimū gradū ꝓphetice cognitōis. Et ꝛ moyses eundē gradū habuerit: fm q⁹ dicit numeri. xij. de ipo palā z nō ꝓ enigmata dei videt. i. absq; figuris z sensibilib⁹ signis: vt ibidē tuit expōsitū: tñ nō habuit totiēs nec ita cōiter tales illustratiōes sicut dauid. Ite⁹ fm q⁹ dicit vocaꝛ ꝑdict⁹ dauid plen⁹ z clar⁹ exꝑssit mysteria christi q̄ moyses: lr autē vetus z ꝓphete oꝛdinabant ad christū sicut ad finē. vnde dicit⁹ apl̄us Gal. iij. ler pedagogus noster fuit in christo: et Act. x. dicit de christo: Huic omnes ꝓphete testimoniū ꝓhibēt. Et rabi moyses dicit i libro de rectiōis ꝓplerozq; omnes ꝓphete nō sunt locuti nisi ad dies messie: ideo cum finis sit nobilior bis que ad finem: ꝓphetia dauid videt⁹ fortiꝰ quandā excellentiā: z hoc ex hoc q⁹ christi mysteria sic exꝑssit: z ideo ꝓbabiliꝰ videt⁹ posse dici excellētioꝛ ꝓpheta ipo moyse: cuius moyses excellentioꝛ fuerit alijs ꝑdictis q̄, ꝓphetiam trāscendit vel eam ꝓsequūtur. Beatus etiā greg. exꝑsse dicit q⁹ dauid clarioꝛē cognitionē ḡ moyses habuerit: tomel. iij. super finē ezechiel. Ad primū dicēdū q⁹ illud ē verbū iosue scriptū de moyse z tpe iosue nō fuit⁹ erat, ꝓpha maioꝛ moyse: tñ nō est ꝓtra illud dictū q⁹ postea maioꝛ fuit⁹ erit: et oportz hoc dicere saltē de ꝓphetis noui testa. vt ꝑdictū est. Ad secūdū dicendū q⁹ iohānes baptista ꝓtinet ad nouū testa. vñ dicit saluator: math. xj. Lex et ꝓphete vsq; ad iohannē. f. excluſiue. vñ z ꝓphetia iohānis in nouo scripit testamēto: z ideo excellētioꝛ dicit⁹ ꝓphetis veris testa.

Ad maioꝛē aūt euidentiā dicendoꝛ sciendū q⁹ beatus hiero. ter transtulit psalteriū. ꝓmo fm. lxx. interptes: qđ psalteriū romanū dicit⁹: eo q⁹ eccl̄ia beati petri illo vtitur. Secundo fecit aliam translationē non multū distantē a ꝓma: z tamē magis apꝛopinquātē hebraico: z vocaꝛ psalterium gallicanū: eo q⁹ damasus papa ad rogatū hiero. illud fecit cantari in eccl̄esijs gallicanis: ꝓpter hoc dicit⁹ in regula fratrū minoꝛ: clerici faciunt diuinum officium fm ordinem romane eccl̄ie excepto psalterio: q: fratres vtuntur psalterio gallicano. Tercio ad pces sopponij qui frequeter disputabat cum iudeis: qui solum recipiūt illud quod est in hebraeo fecit translationē immediate acceptam ab hebraeo: ꝓpter quod vocaꝛ psalteriū hiebro. iuxta hebraicā veritatem. media aūt translatio est cōmunioꝛ inter latinos: z ideo in expōne huj⁹ libri intendo eam ꝓsequi: z ybi notabiliter discrepat ab hebraeo vel a translatione hiebro. iuxta hebraicam veritatem tangā illud fm gratiam a domino deo mihi datam.

Ite⁹ notandū q⁹ fm q⁹ dicit hiero. in ꝓlogo sup libꝝ psalmozū. xvij. sunt psalmi sine titulo: alij aūt sunt intitulati: et hoc idem patet in hebraeo. qui autem sunt intitulati et qualiter et qui non videbit⁹ in ꝓsecutiōe libri.

De titulis aūt istis est cōis opinio latinoꝝ ꝙ appositi fuerūt ab esdra psalmos in hoc volumine colligente ꝛ cōgregante: vt supra dictū est: tñ apud hebreos sunt autentici sicut ꝛ psalmi ceteri: sicut ꝛ pzim⁹ psal. ab esdra ꝑ modū prologi cōposit⁹ siue appositus inter psalmos cōputatur vt infra dicet. Sed cōtra hoc videt illud qđ dicit Hiero. in epl'a ad paulinū in descriptiōe viri iusti: cū eum dauid arbori q̄ est in padiso cōpararet inter ceteras virtutes: hꝰ etiā intulit: In lege dñi volūtas eius: ꝛ in lege ei⁹ meditabit die ac nocte. hoc aūt assumptū est de pzimo ps̄. ergo dauid fecit eū ꝛ non esdras. Dicendū ꝙ hoc nomē dauid aliqñ accipit pro libro psalmoꝝ: ꝛ sic dicit Hiero. in prologo galeato qui pmittit libris regū ꝙ inter agiographa pzim⁹ liber est iob: ꝛ secūdus dauid ꝛ sic cōnter: ꝛ hoc mō accipit Hiero. in pposito cū dicit: cum eum dauid ligno paradisi cōpararet ꝛc. i. liber psalmoꝝ. vnde cōnter in eadē epl'a enumerat libros ve. ac no. testa. Et ē similis modus loquēdi cū dicit: Dauid cōparat: sicut cū dicit: euangeliū hoc dicit. i. liber euāgelioꝝ: ꝛ ideo nō valet argumētum: q: dauid nō est hic nomē actoris libri psalmoꝝ: q̄rū fuerūt multi actores: vt dicet in expositiōe pmi psalmi.

¶ Sequūtur additiōes dñi pauli burgēsis ad postillā venerabilis fratris Nicolai de lyra sup psalteriū. Et pmo circa prologū eiusdē: dehinc singule additiones burgēn. singulis psalmoꝝ postillis subnectūtur cū replicis defensiuis postille eiusdē fratris Nicolai de lyra editis a venerabili ꝛ religioso pr̄e fratre mathia doringk puinciali ministro saxonie ꝛ thuringie ordinis minoꝝ.

¶ In prologo vbi dicit in postilla: tamē apud latinos inter libros pphēticos reputatur.

¶ Additio.

Oppositū videt sentire beat⁹ hiero. qui in prologo galeato tripharie distinguēs sacrā scripturā ait: Terci⁹ ordo agiographa possidet: ꝛ pzim⁹ liber incipit a iob. secūd⁹ a dauid ꝛc. que quidē distinctio hiero. tripartita tenēda videt. Nā vt actor postille in pncipio primi ps̄. ait hiero. diligētius studuit circa textū sacre scripture: pp̄ter qđ in h⁹mōi magis est sibi assentiendū ꝛc. p̄sertim cum sua opinio in hoc auctoritate euangelica firmetur. Nam luc. xxiiij. legit: Necesse est impleri omnia q̄ scripta sunt in lege moysi ꝛ pphetis et psalmis: vbi satis patet ꝙ psalmi terciū ordine tenent in sacris scripturis distinctū a lege ꝛ prophetis.

¶ In eodem prologo vbi dicit in postilla: sed quicquid sit de cōclusione.

¶ Additio.

Obiectiones ɔtra rōnes sancti Tho. p postillatorē facte nō vident habere vigorē: qđ de pma obiectione patꝫ sic: Nā visio clara diuine essentie licꝫ in beatis in termino exñtibus pphetiā seu actū pphetandi excludat nō tamē in viatorib⁹: alis eñ seq̄ret ꝙ christ⁹ qui a primo instāti sue cōceptionis habuit clarā diuine essentie visionē nō fuisset ppheta: qđ est ɔtra vtriusqꝫ testamēti auctoritatē. legit eñ Deut. xviij. pphām suscitabo eis de medio fratrū suoꝝ: qđ intelligit ad litterā pncipaliter de christo, put ibidem cōiter exponit. Similiter luc. xxiiij Duo discipuli de christo adinuicem cōferētes dicebant: Fuit vir ppheta potens in ope ꝛ sermone: ꝛ sic in alijs locis. Cum igit christus verus viator ꝛ verus ppheta fuerit: oportet cōcedere ꝙ claritas visiōis diuine essentie limites cognitiōis pphetice in vero viatore nō trāscendat: etsi hoc est cōcedendū de xp̄o: q̄ licꝫ verus fuisset viator nō tñ purus: a fortiori de puris viatorib⁹ vt de moyse ꝛ paulo. Ratio aūt quare in statu vie claritas cognitiōis diuine essentie nō excludit pphetiā sicut in statu termini est ista: Nam viatores clare deū videntes licꝫ ex pte ipsius cognitiōis nō sint q̄si pcul exñtes: cum talis visio non sit enigmatica: ex pte tñ cognoscentiū qui i statu vie nō totaliter in vltima sui pfectōne existūt: pcul existere dicūtur. vnde. ij. Coꝛ. v. Qz diu in corpore sumus: a domino peregrinamur. Potest etiā alia rō assignari quare visio clara diuine essentie excludit actū fidei: nō aūt excludit actum pphetie. Nā fides est eoꝝ q̄ nō vident ab ip̄o credēte: sed pphetia est eoꝝ q̄ sunt pcul a cōmuni hoīm cognitione cū q̄bus ppheta couersat ꝛ cōicat in statu vie: licꝫ ppheta eadē clare videat. Ex q̄bus seq̄tur ꝙ act⁹ pphetādi nō semp est enigmaticus sicut actus fidei. Et iō visio clara diuine essentie i viatore ɔstituere debet excellentiorē gradū pphetie pp̄ter clariorē cognitionē: qđ satis ostendit Numeri. xij. vbi ip̄e deus distinguēs inter pphetias moysi ꝛ alioꝝ sic dicit: Siq̄s fuerit inter vos ppheta dñi: in visione apparebo ei vel p somnū ꝛc. Et seq̄tur: Et nō talis seruus meus moyses. ore enim ad os loquor ei et palam ꝛ nō p enigmata. Ex quibus verbis duo manifeste habent. pzimū ꝙ actus pphetādi nō sp est enigmatic⁹: qđ pꝫ in moyse. secūdū ꝙ pphetia nō enigmatica excellētiorē gradū pphetie ɔstituit vt pꝫ recte intuenti verba p̄dicta. Itē secūda obiectio postillatoris nō videt valere. s. illa in q̄ dicit ꝙ ex p̄dicta rōne sancti Tho: sequeret moysen excellentiorem fuisse omnib⁹ apl'is p̄ter paulū ꝛc. Nā inter ministros noui testamēti ꝛ veteris est tālata distātia ꝙ ministri noui testa. p̄ferēdi sunt semp antiquis etiā ipsi moysi: que quidē p̄eminentia quo ad donū pphetie de q̄ agit potest cōsiderari ex duob⁹. pmo q: pphete antiq̄ put cōiter tenet ꝛ modus loquēdi scripturaꝝ testat: ip̄m donū habuerūt tm̄modo in actu seu dispositōne nō tñ in habitu: ꝛ ideo in illis cōsuetū est dicere: locutus est dñs ad pphetā talē: loq̄re talia ꝛ h⁹mōi. Sil'r factuꝫ ē verbū dñi sup talē seu man⁹ dñi ꝛ h⁹mōi: qui quidem modus loquēdi manifeste denotat ꝙ mētes taliū prophetarū indigebāt de sigulis noua reuelatiōe: qđ non cōtingeret si in habitu pphetiā habuissent. Habitus eñ est q̄ q̄s vtit cū voluerit: vt dicit cōmentator i tercio de aīa. Apl'is vo donū pphetie videt fuisse hitualit collatū: nō. n. indigebāt noua illustratione de singulis qui ex copiosa effusione spūssancti fuerūt de oib⁹ etiā supnaturalib⁹ ad doctrinā ptinētibus salutis repente edocti testāte veritate: Joh. xiiij. ca. Ip̄se docebit vos oīa ꝛc. Similit Luc. xxi. c. Dabo vobis os ꝛ sapiētiam cui nō poterūt resistere omnes aduersarij ꝛc. que ꝛ similia manifeste denotāt apl'os habuisse in h⁹mōi supnaturalib⁹ q̄si habitualē illustrationē ꝑ modū forme pmanētis: qua cum volebāt vtebant: nō aūt antiqui. Potest etiā hoc deduci ex gestis vtroꝛūqꝫ. Helise⁹. n. qui i illo statu magnus fuit ppheta turbat⁹ aliqualiter ex intuitu regis isrl' psalteriū fecit applicari: vt p laudem psalmodie spiritū pphetie attingeret. iiij. Regū iij. ca. Apl'i vo ꝛ alij q̄plurimi eccl'ie pmitiue non solū gaudētes cōtumelias patiēdo: sed in medio tormētorū acerrime cruciati spiritū pphēticū retinebāt: q̄ magnalia dei ꝛ supnaturalia que ad pphetiā ptinēt sepe referabant: qđ maximū signū est ip̄os habere pphetiā habitualē atqꝫ imobilē. Cōstat aūt ꝙ ille q̄ habet aliquā pfectionē in habitu sicut scientiā vel h⁹mōi: simplicit precellit in eadem pfectione seu scientia illū qui tm̄ in actu seu dispositioni eādem habet pfectionem seu scientiam. et sic moyses qui in actu seu dispositione tm̄ donū pphetie habuit: nō potest dici excellentior in prophetia apl'is qui habitualiter eam modo p̄dicto habuerūt: non obstante ꝙ aliquādo clariorē cognitionē ip̄e moyses habuit: qua excellentior omibus pphetis antiquoꝝ dici debet. Et nota ꝙ licꝫ sanctus Tho. in secūda secūde. q. clxxi. articulo secūdo in deci. q. cōcludit ꝙ pphetia non est habitus: hoc tamē intelligenduꝫ est de pphetia f'm suam pp̄riam rōnem. Ad hoc enim ꝙ aliquis dicatur ppheta non requirit ꝙ insit anime sue aliq̄s habitus pphētic⁹ per modū forme: vt pꝫ de antiquis qui fuerūt pphete sine tali habitu: licet ex hoc non excludatur ꝙ quis posset habere donū pphetie habitualiter: prout dictū est de apostolis. Unde notāter cōcludit sanctus Tho. ibidem ꝙ pphetia pp̄rie loquēdo non est habitus. i. ꝙ de pp̄ria sui rōne nō est ꝙ sit habitus. Secūdo p̄eminētia pphetie aplo̅ꝝ respectu antiquoꝝ posset ɔsiderari ex hoc ꝙ donū pphetie cōiter acceptuꝫ put in antiq̄s fuit est gr̄a gratis data tm̄: vt

patet Matth. vii. vbi dicit: Nunq̄ noui vos. bis qui dixerūt in nomine tuo, pphetauim⁹. vii Piero. super illud verbū dicit: Prophetare z virtutes facē interdū nō est ei⁹ meriti q̄ opāt. Sed in aplis omnz, pphetie sunt gra gratū faciēs vel ex ea imobiliter veriatū. Et ipa enz repletiōe spūs sancti qua in gratia gratū faciēte fuerit cōfirmati omniū charismatū dona; put cōiter tenetur habuerūt: inter q̄ donū pphetie ponumerat: vt patz. J. Coz. xij. Et sic manifestū est donuz pphetie in eis fuisse gratiā gratū faciente vel insepabiliter se bns ad eam: z p̄ sequēs donū pphetici in eis excellentⁱ⁹ fuit q̄si an tiquis: sicut gra gratū faciens excellētioz est q̄ gratis data. Ad supradicta videt facere illud. ij. Coz. iij. vbi aplus de se z aliis ponitur ecclie dicebat: Nos vo oēs reuelata facie gloriā dñi speculātes tc. put dño cōcedente ibidem declarabit. ¶ Tē obiectio posthillato⁹ ptra secūdā rōnem sancti Tho. vbi dicat q̄ cū denūciatio pphetie est aliq̄d sequēs pphetica cognitionē: eiden non tenet variare gradū pphetie tc. non videt valere. Dignitas em seu excellētia cuz que sunt ad finem ex maiori aptitudine quatiōe seu adeptiōe finis: sumi debz etiā si talis finis nō sit de essentia rei sed eā aliq̄n consequat. Homo em q̄ maioris gratiaz habet secundū virtuosus est excellentioz: est alio hoc nō habente: licet gratia z virtutes non sint de essentia hominis: sed etiam q̄ntz consequūtur. Cum igit finis pphetie est vtilitas ecclesie. J. Coz. xiii. Qui pphetiat hominibus loquitur ad edificationē et hortationē z consolationē: sequit q̄ qui plurib⁹ pphetiā suā denūciat excellētioz est illo qui paucioribus ceteris paribus. Nonū em fm phm quato vniuersali⁹ tāto diuin⁹. vii denūciatio pphetica pluribus facta excellētioz pphetia facit: z sic altioz cōstituit gradū pphetie: pcipue cuz toti plo cultui diuino māpato suas denūciat pphetias: vt moyses. Ihesus obiectio ptra tertiā rōnem sancti Tho. in qua dicit q̄ cōfirmatio p signa sequit pphetiā tc. non videt valere put ex dictis ptra secūdā obiectionē satisq̄t ad tertiā patz. Cōfirmatio em p signa licz non sit de essentia pphetie ptinet tñ ad eius finē certi⁹ seu efficatius prequēdū. Ad hoc q̄ pphetia credat dant miracula: z ideo turba videns christū adolescentē resuscitare: qđ est de magnis mirabilis: magnū pphetā ipm iudicabāt: Luc. vii. Prophetā magnus surrexit in nobis. Unde z cōfirmatio apostolice doctrine signis a deo factis attribuit: iuxta illd Marci vlti. Dño cooperante z sermonē cōfirmāte sequentibus signis. Oz aūt dicit de Jobe baptista q̄ nul lū signū fecit: vt habet Joh. x. z tamen fuit pphetā et plus q̄ pheta. Ad hoc possunt dari rones. Prima: q: eius vita fuit tam p̄clara q̄ non indigebat cōfirmatione miraculoz. Secūda q: videbant dicta ei⁹ impleri euidenter in christo cui tanq̄ principali⁹ miracula reseruabat: put ibidem cōmuniter dicit. Et potest ad hoc reduci illd verbū christi de Jobe. s. q̄ est plus q̄ pheta. Mā ceteri confirmatiōe miraculoz indigebāt: ipe vo non: licz hoc verbū alis nō habeat expositiōes. Ad illud qđ subiūgit de gradib⁹ pphetie tc. Ex dictis p̄z q̄ tam david q̄ moyses habuerūt pphetica illustratioz absq̄ signis sensibilib⁹: qđ est valde excellēs in gradibus pphetie nō tamē est summ⁹ grad⁹. Nam visio clara divine essentie in statu vie quā moyses habuit: vt dictū est excellentioē gradū pphetice cognitionis cōstituit.

¶ Item qđ addit posthil. moysen nō habuisse totiens: nec ita cōmuniter illustratiōes pheticas sicut david: nō videt habere aliqđ fundamentuz in sacra scriptura: ne ipemet aliquā allegat auctoritatē ad hoc faciētem et ideo nō requirit aliqua solutio. p̄certim cum oppositum ex sacra scriptura rōnabiliter posset reduci. Si em numerent psalmi a david edit: et pphetie singule ipius moysi in pentateucho pcēte in dubitāter, pphetie excedunt psalmos: z p ipis si in q̄libet psalmo reperit nova illustratio: pari rōne z i qualibz, pphetia mosaica. Nec em verisile videt q̄ ille q̄ tam familiariter cuz deo se habebat: vt de illo legeret. Loquebat deus moysi facie ad faciem: sicut homo solet loqui cum amico suo: Exod. xxxiij. haberet pauciores illustrationes q̄s ipe david: et q̄ nibil tale legit: sed potius aliud qđ est satis ad oppositum legit em deus misisse pheta suū nathan ad david: vt ei re uelaret aliqua de voluntate diuina erga eum. ij. Reg. vij. z xij. Similiter. J. Reg. xxij. et. ij. Reg. vlti. legit gad, pha missus a deo ad ipm david vt eidem denūciaret quedam futura. Et quid⁹ satis demōstrat david nō habuisse tam frequētes illustratiōnes sicut moyses: qui nunq̄ legit instructus nisi a deo vel angelo. Et notandū q̄ gad, pheta intitulat caplo alle. videns david. i. pheta ipius david. Qui em pheta dicit hodie: vocabat olim videns. J. Reg. ix. Et quid⁹ p̄z q̄ gad, pheta frequēter denūciabat ipi david aliqua, pphetica: qđ de moyse silē nunq̄ legit. Ité ad hoc q̄ posthillato⁹ ait, pphetiā david sonari quādā excellētia: ex eo q̄ christi mysteria magis expressit: cū finis totius legis est christus tc. Dicendū q̄ licz talis excellētia sit vera rō: nō tñ cōcludit excellentia simpliciter sed fm q̄d. Et excellētia em, pphetie moysi ex omib⁹ q̄ ad, pphetiā efficacē cōiter requirūtur p̄surgit: vñ excellētioz debet dici simpliciter. Excellētia tñ, pphetie david ex maiori expressione mysteriorū xpi tñ p̄sideraē: que quidē p̄sideratio est fm quid. Nec etiā fm hāc p̄sideratione excellentioz ceteris posset dici, pphetis. Mā de Esa. ait hiero. in codē prologo q̄ ita vniuersa xpi i eccliesi mysteria ad liquidū p̄secutus est: vt non eum putes de futuro vaticinari sed de p̄teritis historiā texere. Incidit. Cōstat ergo q̄ maioz excellentia ē vniuersa mysteria christi z ecclie in liquidū redigere q̄si illud qđ doctores tradūt d̄ david: de quo nō vniuersaliter dicunt sed indefinite mysteria xpi exprimere: z tñ nec oēs hoc Esa. dicat exim⁹, pheta z: z fortioz nec david sic dicit. Circa qđ etiā attendendū q̄ moyses omnia xpi mysteria implicite tradidit seu figuraliter. Ezechiel. J. Tanq̄ rota in medio rote. Cum igit moyses fuit p̄cipu⁹ ve. testa. quasi de nouo legē ponens: ad cui⁹ legis observationē alii, pphete plin inducebāt: sequit q̄ moyses omia mysteria christi tradidit. Nec ex hoc eius excellētia diminuit: q: nō expresse tradidit sed implicite. Mā hoc ex defectu ppli cōtingebat: qui rudis erat: vt doctores dicūt: z ideo nō expediebat talia ralib⁹ exprimere sicut z christus aplis dicebat: Multa habeo vobis dicere sed nō potestis portare mō. Joh. xvj. ca. Conclusio igit sancti Tho. nō obstātib⁹ pdictis obiectiōibus firmissime videt tenēda tanq̄ vera z in sano sensu in plano intellectu sacre scripture fundata. illa em verba Deut. vlti. Non surrexit pphetā maior moyse nō debent intelligi vt posthillato⁹ dicat vsq̄ ad tpus iosue tm: quia si sic pot⁹ dixisse: Nō surrexit vsq̄ in hodiernū diem; put in fine, alib⁹ solet dici: s cum dicit: Nō surrexit vltra. tenotat exclusionē respectu futuri tpis: nec ex hoc excludūtur ministri nouū testa. quia stat⁹ antiquoz in scripturis sub quodā seculo q̄si p̄certo sepe nominant: vt numeri. xviij. c. Legitimū sempiternum erit vobis: qđ non se extendit ad tpus nouē legis: vt ptz intuenti tc. Auctoritas igit tran Gregō. dicentis q̄ david clariorem cognitionē de christo habuit q̄ moyses: exponēda est vt intelligat sic: q̄ david dan⁹ expresse mysteria christi mō et rōne. Similiter z q̄ glo. ponit david fuisse eximiū, pphetarū intelligendū est agiographa. vñ. ij. Reg. xxij. vbi tota excellētia illustratiōis ipius david habet. d. Spūs domini locut⁹ est i me tc. ibidē intitulat egregia⁹ psalmista israel: vbi notandū q̄ nō dixit egregi⁹, pha sed egregi⁹ psalmista: in quo ppositū satis innuit tc.

Quarta psalterū burgēsis ampli⁹ q̄ cēt. ¶ Replica. ta aliū aliquē libz̄ū laborauit addēdo. In additionibus autez illis q̄ibus nōnulla videant absurda: manebunt tamē a me intacta ea que directe nō sunt contra posthillam in hoc opere nō est intentionis mee burgmaledicta replendere: sed solum posthillā bñ dicta defensare ptra burgēsem inualida machinamēta. Tñ cū in aggressu posthillato⁹ dixerat q̄ liber psalmoz apud latinos reputatur inter pheticales: q̄ius apud hebreos cōputet inter agiographa: Burg. Idicit ex facto beati Hiero. q̄ latin⁹

fuit q̄ in prologo galeato ꝓmit psalmos inter agiographa. Hic dico ꝙ bñ respicieti prologū galeatū q̄ est prologus in libros regū statim clare patebit ꝙ illā distinctiōes tripitā nō asserit trat⁹ hiero. nili vt oñdat libros ab hebraeis recepros distingui ꝑ apocriphos: ipe aūt nō asserit illā trbrieorū distinctionē: ꝑ allegat eor⁹ opinionē. cōstat ergo agiographa sicut t ꝓphetica multiplicit dici. Fm em̄ vocū ꝓprietatē agiographa dicūtur oēs sacre scripture: sic accipiendo trat⁹ dyo. c. j. ecclīastice hierarchie dic̄: Generātissima eloquia dicūtur esse q̄ in agiographis tradita sūt t. Secūdo dicunt agiographa: vt abulu nomis ꝙ hebraeos ꝑ ꝓphetica t legalia distincta: t bene trbrieī hoc nomie abutūtur: q⁹ agiographū dicit ab agios qđ est sanct⁹: et graphos scriptura: q̄si sancta scriptura vel a sanctis descripta: qđ nomē cū sit cōmune legalib⁹ ꝓphetalib⁹ t alijs: per quā dā anthonomasiā hebraei fortassis spāliter dauid et daniel' iob t aliorū scriptis reputarūt. Sil'r ꝓpheticus liber fm̄ bugonē de sancto victore duplicit dicit: vel quia scriptus stilo ꝓphetico. i. de futuris vel naturalit ignotis: vel q⁹ scriptus a ꝓpheta. In ꝓma acceptione t dauid t daniel' et iob libri ꝓphetales dici possunt: q⁹ altissimas ꝓphetias stilo ꝓphetico texerūt. Secūdo mō loquēdo ꝓpheta tripliciter considerat: vt videlicz sit ꝓpheta officio missiōe vel grā: q̄uis igit dauid daniel iob spiritu et gratia fuerint ꝓpheta nō tñ officio vel missiōe: ideo libri eor⁹ inter ꝓphetales non cōputant̄: t q⁹ int̄ legales etiā ꝓpriē cōputari nō ꝓterāt hebraei nomīa agiographa eis imponēbāt. Illū igit modū hebraeor⁹ trat⁹ hiero. nō asserit nec laudat ꝙ allegat: vt ꝑs studiose respiciēti prologū ei⁹. Hec valet qđ burgeñ. ꝓo ꝑmatiōe sue intentiōis adducit: Lu. xxiij. oportet impleri oia q̄ scripta sunt in lege ꝓphetis t psalmis de me. Nā rpc nō intēdit ꝑ illa verba distinguere libros ꝙ materias libror⁹. Non em̄ liber psalmor⁹ excludit a libris ꝓpheticis: cū in eo oia rpi t ecclie mysteria sunt stilo ꝓphetico scripta. Hec auctor: libri excludit a ꝓphetis: cuj⁹ sit crimi⁹ ꝓphetarū: q̄uis nō legat missus ad ꝓphetandū tanq̄ ex officio. Sed quo ad materias libror⁹ distinguūtur psalmi ꝓphetie t lex: q⁹ tria in eodē repiunt libro. Lex em̄ est mā de agēdis: ꝓphetia de futuris euentibus: psalm⁹ de diuinis laudibus cātandis. Illic aūt in libris moysi repit lex dirigēs actus hūanos: i eisdem repitur ꝓphetia pnūcians eucnt⁹ futuros: reperiūtur etiā in ipis cātica ad psallēdū t laudandū deū: et illa quadaꝫ ꝑcellētia dicunt agiographa: q̄ tres materie etiā reperiūtur in psalterio t quasi in singulis libris sacre scripture. rpc igit per sua verba distinguere vl uult libros materias nō libros: vt dictū est. ‖ Ire in eodē aggressu posthl. mouit questionē: an dauid fuit ꝓpheta examinus. Et dicit ꝙ sanct⁹ Tho. vult q⁹ nō sed moyses. Ad quam questionē sanctus Tho. aliquas rōnes adducit. Posthl. nō facies vim de illa questione ꝙ tractat rōnes adductas ostendēs eas nō valere. Sed burgeñ. assumit hic certamē ꝓ: o sancto tho. putās soluere t cū acuare rōnes posthl. cōtra sanctū tho. factas. Sed ꝓh⁹ videt eum involuere q̄s defensare. Ad qđ videndū tanḡa fm̄ ordinē rōnes sancti tho. sigillatim t obiectiōes posthl. t factū burgeñ. ꝓtractabo. Est igit ꝓma rō sancti Tho. q⁹ moyses vidit clare essentiā diuinā: dauid nō: igit moyses ē excellētio⁹ ꝓpheta q̄ dauid. Contra effectū hui⁹ argumēti arguit posthl. ꝓmo sic: et eo nemo pōt dici excellētio⁹ ꝓpheta qđ rōnem t actū ꝓphetandi excludit: sed clara visio essentie diuine est h⁹modi: ergo t. Burgeñ. aūt dicit hāc obiectionē nō valere: q⁹ si valeret inārt rpc nō posset dici ꝓpheta: q⁹ sem per clare vidit diuinā essentiā. Sed huic burgeñ. obiectioni rñdet sanct⁹ tho. scda scde. q. clxxiij. arti. v. in rñsione ad tertiū argumētū. d. rpc fuit ꝓphens⁹ t viator: inquātū ꝓphetāb⁹ nō cōpetit sibi rō ꝓphetie sed solū inquātus viator. Hec ille. Unde apparet ꝙ sanct⁹ tho. sic ꝙ burgeñ. nō velit defendi. Clar⁹ etiā dicit idē ibidē. q. clxxvj. arti. vlti. in solutiōe tertij argumēti. vñ sicut clara visio excludit rōnem ꝓphetie a christo fm̄ sanctū tho. sic cadē clara visio excludit rōnem ꝓphetie a moyse t paulo durāte vi sione: ꝙ ꝑfecta clara visio nullū gradū dicit ptinentē ad rationē ꝓphetie: qđ est ꝓpositū posthl. Ex aūt q̄ burgeñ. dicit de moyse arguit eū fuisse ꝓphetā sui tpis excellētiōr nō rōne visionis clare sed magis familiaris locutiōis dei ad ipm: t hoc signat cuj⁹ dicit: Ore ad os loquor ei palā t nō ꝙ enigmata: q⁹ ꝑcepta t leges loquebat⁹ deus sine enigmatib⁹. Posthl. etiā suā obiectionē ꝓtra ꝓmā rōnem sancti tho. cōfirmat ꝙ hoc ꝙ si clara visio arguit excellētiorē gradū ꝓphetie: igit moyses fuit excellētio⁹ ꝓpheta ꝙ oēs apli ꝑter paulū: qđ sanct⁹ tho. negat. Hanc cōfirmationē burgeñ. volens aliq̄ acuare ꝓmit duas differētias int̄ hāc spiritū ꝓphetie. Primo dicit ꝙ antiqui ipm babuerūt in quadā dispositiōe t solo actu. apli aūt bitu. Ideo apli habuerunt donū ꝓphetie excellētī ꝙ moyses. Secūda differentia: q⁹ antiq̄ habuerūt hoc donū vt gratiā gratis datā: apli aūt vt gratiā gratū faciētē: ideo apli erāt excellentiores ꝓphete. Sed vtrūq; mēbrū illi⁹ distinctiōis est ꝓtra sanctū tho. Nā oppositū ꝓme differētie ostendit t cōcludit sanct⁹ tho. vbi supra. q. clxxj. arti. ij. ꝙ totus oñdens ꝙ lumē ꝓphetici se hab ꝙ modū passiōis t impassiōis nō ꝙ modū bitus. Inde dicit. q. clxviij. arti. iij. in rñsione ad secūdū argu. et. q. clxxj. ar. vlti. in rñsione ad tertiū argumētū. Sed qđ addāt burgeñ. ꝙ apli ꝓterāt in actū ꝓphetādi qñ volebāt: qđ est signū bitus hoc falsum videt. Nā aplis dictū ē: sū steteritis ante reges t pses: nolite cogitare quō aut quid loquamini. dabit em̄ vobis in illa hora qđ loquamini: nō em̄ vos estis q̄ loquimini: ꝙ spūs pāis vestri qui loquit in vobis. Ad exponens beatus grego. dicit: Eos verba edit⁹: ꝙ ego sum qui loquor: q⁹ frustra essent apli⁹ ꝓmissa ꝙ certo tpe: si id facere rōne bitus esset semp in eor⁹ potestate. Oppositū etiā secūde differētie burgeñ. disputat t cōcludit isdem sanct⁹ tho. vbi supra a questione. clxxj. vsq; ad questionē. clxxix. in oibus questiōib⁹ t articul' ostendens ꝓphetiā esse gratiā gratis datā. Hec est dicto⁹ nobilis tractās id apli ꝓmc Cor. xij. vbi enumerat inter alias grās ꝓphetiā: q̄ exponat illā passum de gratijs gratuitis. Ponit em̄ differētias inter grās q⁹ gratia gratis facies solū vtilis est bñti: gratia autem gratis data etiā nō habenti: q⁹ ecclesie t bis quib⁹ directiōe opus ē. Unde puerile argu. facit burgē. arguens: q⁹ apli ex repletiōe spūs sancti habuerūt charismatū vonā: igit illa vona oia erāt gratū faciētia vl insepabiliter se bñtia ad illa. nā fm̄ app. j. Cor. xiij. illa cessabūt in beatitudine: gratuita aūt nō: sed ꝑficient: quia gloria dicit grā ꝑfummata: igit nec inseꝑabiliter erāt in aplis ꝓiucta. Fateor ꝙ post missionē spūs sancti illa vona fuerūt cōiuncta grē gratuite: sed ex hoc nō seqt: igit illa vona facta sunt gratuita vel inseꝑabilit ꝓiucta sicut nō sequit: albedo t dulcedo cōiungunt in lacte: igit albedo sit dulcedo. nec ē verisile aī missionē spūs sancti aplos vona gratis data nō būisse: q⁹ regressi cū gaudio eo ꝙ spūs eis in nomie dñi subiicerent: audierunt dñm dicentē: in hoc nolite gaudere: q⁹ spūs vobis subiciūtur: sed gaudete: q⁹ nomia vestra scripta sūt in celis. Nec verisile est illa vona post missionē spūs sancti facta fuisse alterius rōnis: manserūt igit gratis data: q̄uis ꝑfectiōr grē cōiuncta. Et quia oia q̄ burgeñ. hic ad saluandū dicta sancti tho. ꝓtra obiectionē ꝓmā posthl. adducit sunt ꝓtra sanctū tho. ideo q̄rit salvare rē ea vñ sanct⁹ tho. ea saluari nō vult. Male igit ꝙ rest sus ē certamē ꝙ eo: q⁹ cōtra eū sentiēs secū nō est t.

Hūc sequit secūda rō sancti tho. arguit sic: moyses ꝓphetiā suā denūciauit toti ꝓlo: nō sic dauid nec alicjs alior⁹: igit moyses fuit ꝓpheta excellētio⁹. Cōtra illā rōnem arguit posthl. sic: Denūciatio t publicatio ēa cidēs sequēs ꝓphetica cognitionē ido nō variat gradū ꝓphetie. Burgeñs aūt dicit hāc obiectionē non valere dās instantiā de homie bñte magnā grāz t virtutē: q̄m ille est excellētio⁹ homie tanā grana nō bantē: l⁹ grā t virt⁹ nō sit de essentia hois: sic q⁹ cā q̄nq; ꝑsequit effectū. Sz illud nō ēs cholastice dictū: nā bōs grāz nō ē ꝙ se t intrinsece excellētio⁹ hoie nō bñte:

Incipit prologus beati hiero. ꝓbi in psalteriū.

Psalteriuz rome dudum positus emēdaram: ⁊ iuxta septuaginta interpretes: licet cursim: magna tamē ex pte correxeram. Qđ quia rursum videtis o paula ⁊ eusto chiū scriptozū vicio ⁊pturbatū: pluscz antiquū errorem ꝙ nouā emendationez valere: me cogitis vt veluti quoddā nouali: scissum iā aruū exercerā: ⁊ obliqs sulcis renascentes spinas eradicem: equum esse dicētes: vt qđ crebzo male pullulat crebzius succidaꝫ. Qui consueta ꝓfatiōe cōmoneo taz vos quibus forte labor iste ꝛsudat ꝙ eos ꝙ exemplaria ılliusmodi dīe voluerit vt que diligēter emēdauit: cū cura et diligētia trāscribanꝫ. Notet sibi vnusqsq; vel iacentē lineā vel radientia signa. i. obelos vel astericos: et vbicunqz viderit virgulam p̄cedentem ab ea vsqz ad duo pūcta q̄ p̄xessimus: sciat i septuagita trāslatozib plus dīi. vbi aūt p̄sperexit stelle sim ilitudinē ⁊ hebreis volumīb additus nouerit eque vsqz ad duo pūcta iuxta theodotionis dūtaxat editionē: qui simplicitate ꝓmōis a septuaginta interptib nō discordat. Hec ergo ⁊ vobis ⁊ studioso cuiqz feciſſe me sciēs nō ambigo multos foze: ꝙ vel inuidia vel supalio malint cōtēnere videri ꝓclara ꝙ discere: ⁊ turbulēto magis riuo ꝙ ⁊ purissimo fonte potare.

Explicit prologus.

Ē bñ ꝼm denoiationē dtut? ⁊ grē: q̄ extrisec? aduenīt: sed hoc nihil ad positū: nā gradus rei ē ipi rei modus intrinsec?: q̄ nihil extrinsec? pōt variari. albus cū hō nō est magis hō q̄ niger: q̄uis sit alius vel alter. ois. n. q̄litas aduenīēs variat: si intrinsec? intrinsecꝛ: et si extrinsecus extrinsece. Hūc autez denūciatio ꝓhetie vni vel pluribus nō solū est accidēs extrisecū ē accidēs per accidēs rationi ꝓphetie: nō nihil taliū variat: gradū ei? intrisecū q̄ grad? etiā ꝼz sanctū thō. attē dit penes maiorē ⁊ pfectiorem illustrationē luminis ꝓphetici nō ex maiori pfectione ꝓphete saltem gratiali. Vñ stat aliquē ꝓphetā esse i gratia pfectiorez q̄ nō est pfectior ꝓpheta vtputa hieremias sanctificat? i vtero nec grauit legiꝫ peccasse: z p veritate multa fuisse nuisse dicit: ido ille ꝓpheta dicit pfectior q̄ vō: cū q̄ stat ꝙ dauid fuit perfectior ꝓpheta: qz perfecti? illustrat?: vt etiam tenet burgen. Pro ꝓsolatiōe burgen. qui hic putauit perfectionē accipi a fine: dico ꝙ stat moysen ꝓpter denūciationē fuisse ꝓphetā vtiliorem: sed dauid ꝓpter illustratōnes mētales excellentiorē. Exemplū familiare: sint duo doctores: vn? excellētissime lraturē: alē solū ꝓpterea ⁊ ꝓpter lraturē bñ ꝓdicat: alē balbutiēs nō pōt ꝓdicare: nūquid ꝓdicans nō ꝓdicanti debet cēseri doctor excellētior: certe nō: ⁊ bñ cōcedit vtilior: sic i ꝓposito. Tandē sequit tercia rō sancti thō. Arguit. n. sic: Moyses cōfirmauit ꝓphetiam suā pluribus miraculis q̄ dauid vel quicūqz aliusꝛ igitur fuit ꝓpheta excellentior. Cōtra illā rōnem arguit postil. sicut ꝺ secūdā q: talis cōfirmatio ꝓ miracula est accidēs. Sed burg. minus erudite dicit rīndendo ad illā obiectionē sicut ad ꝓmā. Nam facere miracula cū sit accidēs extrinsecū non sequēs de necessitate spīm ꝓphetic?: plura vel pauciora facere miracula non variat rōnem nec gradum intrinsecū spūs ꝓphetic. Cōfirmat ꝙ spūs faciendi virtutes ⁊ miracula ⁊ spūs ꝓphetie sūt dona gratis data ⁊ essentialiter distincta: ideo vnū non specificat gradū alterius. Stat igit excellentior ꝓphetam: vtputa iohannē baptistā pauciora vel nulla facere miracula ⁊ minorē ꝓphetam facere plura: imo stat aliquē facē miracula q̄ nūq̄ fuit ꝓpha: ⁊ econuerso esse ꝓphetā q̄ nūq̄ fecit miraculū. Burgen. aūt inē alia duas assignat rōnes inualidas q̄re iohānes baptista cū eēt pl? ꝙ ꝓpheta nullum legitur fecisse miraculū ad colorem dum suum errorem. Prima est: quia vita eius fuit taz predara q̄ non indigebat cōfirmatōne miraculoꝝ: um Patet autem ꝙ vita ch̄isti fuit multo preclarior: cuꝰ tota vita ⁊ omnis actio nostra est instructio. Si igitur rō burgen. valet: ch̄istus minus ꝙ iohannes debuit facere miracula: cuius oppositum docuit dicens: opera que ego facio testimoniū ꝓhibent de me. Secunda ratio burgen. ad idem est: q̄ iohannes operationē miraculoꝝ ch̄isto tanq̄ principali reseruabat. Nec illa valet: qz ea ch̄isto reseruare ad ipsuz non ptinebat sicut nec ad eum pertinebat facere nisi instrumētaliter ⁊ ministerialiter: sicut nec ad quemcūqz sanctū alium ꝓpter dictū est in correctiōe ꝓme additiōis circa octauū capitulum Exodi. Hec valet burge. obiectio cōtra postilla. dicentem ꝙ moyses nō habuit totiens nec ita cōmuniter illustrationes ꝓpheticas sicut dauid specialiter intellectuales? Contra qđ burge. arguit ꝙ qz in scripturis plures reperiūtur ꝓpretie moysi q̄ psalmi q̄s fecit dauid: ⁊ cum quelibet ꝓpheta requirit specialē illustrationē sequitur moysen frequēt? illustratū q̄ dauid Etiaz qz dauid fuit instructus ab hominibus ⁊ aliis ꝓphetis sicut per nathan et gad: qđ non legitur de moyse igitur amplius a deo illustratus. Ad hec dicendū ꝙ ꝓsito sed non cōcesso ꝙ moyses habuisset plures illustrationes q̄ dauid alla tamen habuit cōmuniter per sensibilia signa visui vel auditui ꝓsentata: nō sic dauid qui semper habuit intellectuales illustrationes sine hꝰ moi sensibiliū specierū ꝓsentatōne: igit dauid habuit frequētius illū excellentissimū gradū ꝓphetic q̄ moyses. Raro eñ legit moyses illustrat?: nisi interuenerit aliqđ sensibile visus vel auditum p̄ ministeriū angelorū ꝓsentatū. Nec obstat si dauid aliqđ fuit informatus ab aliis ꝓphetis in agibilibus vel alīs: hoc eñ fiebat illis tpibus qñ dauid non fuit capax ꝓphetalīū illustrationū: vtputa in fuga a facie saul de qua. i. Reg. xxii. vel in cura et sollicitudine qñ cogitauit de domo dñi cōstruenda: de qua. ii. Reg. vii. vel in peccato: de quo. ii. Reg. xi. et vlti. In talibus eñ dispositiōibus nō est mēs apta ad ꝓpheticas illustratōnes maxime intellectuales: qz in his operibꝫ animū esse a sensibilū occupatiōibus absolutū. Sed ⁊ moyses hꝰmōi instructiones in agendis recepit ab homine. s. Iethro: vt patz Exod. xviii. Nec valet q̄ burgen. reſpondet ad rōnem ꝓxīl. acceptā ex dictis. s. thō. Nam excellētia dauid nō est ꝼm q̄d et extrinsecuz sed simpliciter ⁊ intrinsecum: quia ꝼm propriam rationem: quia sicut ꝼm sanctū Thō. dauid plura mysteria ch̄isti plenius et clarius expressit: ita etiam plenius et clarius vidit: qui modi videndi constituūt eum esse ꝓphete excellentiorem simpliciter ꝼm ꝓpriam rōnem ꝓphete: qui olim ad hoc videntes dicebātur. Et quod arguit burgen. de Esaia non vrget: qz etsi Esaias ꝓnuntiat tratus hiero. ratiōe pluralitatis mysteriorū de christo

etpr̃esso-rũ fuit magnus ꝓpheta: ipe tamẽ illum gradum illustrationis intellectualis sicut dauid cõmuniter nõ habuit ꝙ p imagines visas vel auditas. sicut moyses cõmunic̃ ꝓphetiã texuit. Male igit̃ ꝯcludit burgen̄. propinq́e sancti tñ. qz ꝙ dicta a sancto tñ. negata: vt patuit supra.

¶ Psalm⁹ primus

